

Geschichte der Grundherrschaft Echternach im Frühmittelalter (Ed. Wampach) Nr. 99

In Dei nomine. Ego Haribertus cogitans tam de Dei parte quam et de reverentia sanctorum, idcirco dono ad monasterium Epternacum, quod est constructum in honore sancti Petri, ubi sanctus Willibrordus corpore requiescit, hoc est res meas in pago Batuense super fluvio Solina, et in alio loco qui dicitur Loffna, similiter illam piscationem que dicitur Langenrech, que michi in hereditatem obvenit, et quicquid in duobus predictis locisfui visus habere. Si quis vero de heredibus meis – ut supra. Actum anno XVIII regnante Karolo rege.